

**Zeitschrift:** Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum  
**Herausgeber:** Litteris Conradi Orellii et Soc.  
**Band:** - (1751)  
**Heft:** 21

**Buchbesprechung:** Nova litteraria

**Autor:** [s.n.]

#### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

#### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

#### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 24.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

## NOVA LITTERARIA.

TURICI. Hic pro more publice propositæ sunt sequentes Dissertationes:

a.) *Dissertatio physico mathematica de Natura & Viribus Fluidorum: quam sub Præsidio V. Cl. JO. GESNERI, M. D. Phys. & Math. P. O. pro consequendo Examine philos. defendebant IV. Candd. Tiguri. 1751. 4. pl. 3½.*

b.) *Theses theologicæ miscellaneæ: quas Præside V. Cl. J. J. ZIMMERMANNO, S. Th. Pr. alternis vicibus oppugnabant propugnabantque IV. Candd. Tiguri. 1751. 4. pl. 1.*

c.) *Dissertatio theol. de Christianæ Doctrinæ ad veram Religionem informandam perfectione summa: quam postridie Synodi vernalis placidæ Disquisitioni subjecit V. Cl. J. J. LAVATERUS, S. Th. Pr. Resp. Andr. Wægmanno. Assum. Henr. Grobio. pl. 4. In hac Dissertatione tractationis ordinem ita instituit Vir Clariss. ut generatim quædam præmittat de hominis ad Religionem colendam obligatione, de notis ac conditionibus veræ Religionis, & de Naturalis Religionis ad æternam Salutem consequendam insufficientia: Tum vero dicit de divinæ Revelationis ad hunc finem obtinendum necessitate, & de ejus minore, qui sub V. T. obtinuit, perfectionis gradu: Ac denique Christianæ Doctrinæ, in qua sub N. T. Revelationis divinæ consummatio per Dominum Jesum Christum facta est, præstantiam & perfectionem summam declarat, quatenus I.) in ea Medium*

Reconciliationis peccatoris cum Deo plenissime patefactum est. 2.) quatenus Mysterium Triunus Dei in Christiana Doctrina clare revelatum est. 3.) quatenus Cultus Dei totus spiritualis in ea est præceptus, abrogato Cultu Cærimoniali qui fuerat sub V. T. 4.) quatenus Fides in J. Ch. & invocatio Dei in nomine J. Ch. in hac Doctrina præcipitur. 5.) Hanc porro Christianæ Doctrinæ perfectionem comprobat ex Præceptorum moralium, quæ comprehendit, summa perfectione. 6.) ex Promissionum & Comminationum, quibus hæc Doctrina sancta est, eximia dignitate ac gravitate, in quibus validissima ad Religionem pietatemque colendam incitamenta sint posita.

### Præterea in hac urbe luci sunt exposita:

1. *Der Fryhling, ein Gedicht. Nebst einem Anhang einiger anderer Gedichte von demselben Verfasser.* Zyrich. 1751. 4. maj. Auctor horum Carmi-  
num est Nobiliss. D. a Kleist, qui castra Martis se-  
cutus per otia ad Musarum castra divertit, non  
ut transfuga, sed ut explorator. Curavit autem  
alteram hanc & novis accessionibus auctam editio-  
nem splendidissimam fidus ejus Achates præclaris-  
simus Hirzelius, M. D. Amicorum desideriis gra-  
tificaturus, quibus Musa Kleistiana intimos Natu-  
ræ ac animorum recessus oculis lustrandos subjiciens dudum in pretio esse cœpit.

2. *Præclarissimus superioris Carminis Editor,*  
obstetricia opera Amico præstata non contentus,  
novum ipse certamen iniens dubiam Amico pal-  
mam fecit, ut dici non possit, uter in explican-  
dis reconditis Naturæ illecebris atque animo in-  
formans.

formandis plus valeat: Specimen ejus poëticum  
hoc titulo insignitur: *Empfindungen bey Betrachtung  
der Werke des Schäpfers.* Zürich. Bey C. Orell und  
Comp. 1751. 4. pl. 2.

3. Apud Geßnerum Typographum prodiit pri-  
mum Specimen Libelli critici, quo varii generis  
Scripta recensentur, quæ ad formandum in Litte-  
ris elegantioribus Gustum facere possunt, & non  
sunt publici Saporis: Singulis mensibus continua-  
bitur. Inscriptionem hanc præfert: *Crito, eine  
Monat-Schrift.* 8. pl. 2.

4. Apud Conr. Orellium & Soc. prostat Libellus  
scholæ usibus inserviens sub hoc Titulo: *Artis  
Cogitandi Principia ad mentem recentiorum Philo-  
sophorum compendio exhibita atque in usum  
privatæ Institutionis concinnata.* Accedit nova  
Methodus demonstrandi Syllogismorum artifici-  
um, Auctore J. Casp. Sulzero, Schol. Vitod. Re-  
ctore. Turici. 1751. 8.

5. Geßnerus nobis dedit Libellum ab omnibus,  
quibus recta Juventutis in præcipuis Religionis  
Christianæ placitis Institutio curæ cordique est,  
multum desideratum, atque hoc titulo insignitum:  
*Ein vollständiges Catechismus-Buch,* in sich ent-  
haltend dreyerley Catechismos und Gebarter: de-  
ren die erste Ordnung für Kinder unter VII. und  
VIII. Jahren: die zweyte für Kinder vom VII.  
bis auf ihr XII. Jahr: die dritte für solche, die  
ihre XII. oder mehrere Jahr zurückgeleget haben,  
dienet: Und die vierte oder letzte Ordnung enthal-  
tet in sich eine Christliche Sitten-Ehre für Kinder  
und junge Leuthe, unter dem Titul: *Verwadungs-*

Mittel gegen die Sünden und Thorheiten der Kindheit und der Jugend. Alles verfasst von Hrn. D. Isaac Watts. Aus dem Englischen übersezt Zürich. 1751. 8. Qui hanc nobis translationem utilissimi operis dedit Præfationem lectu dignissimam præmisit, in qua de Prudentia didactica in prima hac institutione sacra quam maxime necessaria ita perite disserit, ut cujusvis Catecheticæ Operis præstantia ex his principiis ac characteribus rite æstimari possit. Et quoniam hæc Prudentia didactica magnam partem etiam circa Syli rationem ac cuivis ætati accommodatam perspicuitatem versatur, manifestum est, non quemvis promiscue, qui præter vernaculam Linguam Anglicanæ non est imperitus, idoneum hujus Libri fore Interpretem: quod suo exemplo confirmatum dedit, nuperus quidam in Germania Translator, qui eandem hanc operam non satis feliciter, neque ea qua decet curiosa accuratione aggressus est. Is demum idoneum se probat Interpretem, qui sibi omnia, quæ ad ejus generis Librum perficiendum necessaria sunt, perspecta esse docet; & quem nihil impedire potest, quominus ipse manum hujusmodi operi confiendo admoveat, nisi quod jam extare ejus generis Librum, qui suis conceptibus satisfaciat, intelligit. Ita qui hanc Præfationem perlegerit, cognoscet nihil magis commendare hujus Wattiani Libri præstantiam, quam quod Interpres suam in hoc genere operam supervacaneam esse judicaverit.

BERNA. Superiore Januario & Febr. mense pro Cathedra Elenchico Theologica in Academia Lausannensi, per obitum Viti Celeb. ABR. RU.

CHAT

CHAT vacuefacta, rite consequenda, tam prælegendo quam disputando Specimina publica editorunt sequentes Viri Reverendi atque Doctissimi

1. J. PETR. SECRETAN, V. D. M. *in Daillens.*
2. DAN. SPRUNGLI, V. D. M. & *Diac. in Eccl. Nydeck.*
3. JOAN. SALCHLIN, S. M. C.
4. DAVID KOCHER, V. D. M.
5. DAN. PAVILLARD, V. D. M. *Lauf.* & *ibidem Professor hon. Hist. civilis.*
6. HYACINTHUS de QUIROS, Theol. antea in Italia Doctor: Profelytus.
7. ABR. SPRVNGLI, V. D. M. *in Birwyl.*
8. ELIAS BERTRAND, V. D. M. *in Eccl. Gallic. Bern.*
9. PETR. BOURNET, V. D. M. *aux Croisettes.*
10. J. ROD. ERNST, V. D. M.
11. FRID. LUD. de BONS, V. D. M.
12. GOTTL. VOEGELI, V. D. M.
13. J. PETR. PEREY, V. D. M. *in Pomy.*
14. GABR. VIRET, V. D. M. *in la Tour.*
15. J. JAC. VERNET, V. D. M. *in Leyzin.*
16. FRANC. LUD. ALLAMAND, V. D. M. *in Ormond.*
17. DAV. GABR. WAGNER, V. D. M.

Seriem omnium ac materias sorte determinante.

Fuit autem hæc Sparta tandem singulari fortunæ lusu tradita pl. Reverendo Viro J. PETR. SECRETAN.

2. Dedit CI. ALTMANNUS sub hujus anni auspicia Exercitationem Philologico . exegeticam in Locum vexatissimum de Baptismate propter Mortuos. I. Cor. XV: 29. quæ publice sub Ejus præsidio

defensa est ad d. 14. Jan. h. a. a duobus Philos. Studiosis. 4. pl. 6. Docet Vir sagacissimus illud ΥΠΕΡ, propter reddendum esse, ut adeo h. l. Sententia sit: *Multos ex observatione & contemplatione vitæ & mortis fidelium in Ecclesia Corinthiaca ita fuisse tacitos & commotos, ut intuentes eorum in afflictionibus constantiam, in morbi fidem, in morte approximante consolationem & lætitiam, exeatati eorum exemplis ad professionem veritatis Apostolice fuerint producti, & ideo se baptizari in nomen Christi exoptaverint.* Cæterum varias Virorum doctorum inde ab antiquissimo tempore ad hanc nostram ætatem in h. l. Sententias exponit & critico examini subjicit: atque tandem declarat, quomodo Baptismus ut pignus & sigillum resurrectionis nostræ considerandus sit.

3. Die Folgen eines heiligen Mandels in der Bekehrung der Ungläubigen, vorgestellt in einer Predigt über I. Cor. XV: 29. gehalten in der grossen Münster-Kirche zu Bern, Soantag den 14. Merz. 1751. von J. G. Altmann, Diener G. W. und Professor der Griechischen Sprache und der Sitten-Lehre. Bern. 4. pl. 3.

4. Eidem Viro Clarissimo debemus Tentamen de Montibus glacialibus, quod illustrandæ Historiæ Helveticæ multum inservire potest. Aggressi sunt quidem hoc argumentum, sed quasi aliud agentes, Viri de Patriæ nostræ Historia Naturali præclare meriti, Simlerus, C. Gessnerus, Wagnerus, Jac. Scheuchzerus, Henr. Hottingerus, Bourguetus, Capellerus, Sulzerus: qui primi hanc glaciem nobis fregerunt; Sed qui dedita opera admirando huic Phænomeno pro dignitate explicando incubuerit

buerit ante Cl. Altmannum fuit nemo: Prodiit hic ejus Commentarius proxime superioribus mensibus hoc titulo insignitus: Joh. Georg Altmanis Versuch einer historischen und physischen Beschreibung der Helvetischen Eisbergen. Zürich. 1751. 8. pl. 18. cum figg. Capita Tractationis hæc sunt: 1.) Von den Helvetischen Eisbergen insgemein, und derselben Beschaffenheit überhaupt. 2.) Erklärung des vorgesetzten Kupfer-Blats. 3.) Verschiedene Anmerkungen über die Natur und Beschaffenheit des Eismeers und der Gletscher. 4.) Untersuchung von der Natur und Eigenschaft des Eises auf den Alpen, samt etlichen Anmerkungen über die Eisberge. 5.) Von dem Umkreis und den Gränzen der Helvetischen Eisbergen. 6.) Von den Savoischen Eisbergen und Gletschern. 7.) Von den Gletschern auf dem Grimselberg, und denen alldorten sich befindenden Crystall-Gruben. 8.) Von den verschiedenen Mineralien, welche sich bey den Helvetischen Eisbergen befinden. 9.) Von den verschiedenen Thieren, die sich bey denselben aufhalten. 10.) Untersuchung der Frage, welches die Alpen gewesen, deren die alten Schriftsteller Meldung thun, und welche insgemein Cottiae, Graiae und Penniae Alpes geheissen worden.

5. Idem quoque fidem solvit, quam publice obstinixerat in Præfatione ad selecta ab Abbe Oliveto Ciceronis loca, luci nunc exponens Libellum hujusmodi: Auserlesene Gedanken aus den Gedichten des Horatius, des Juvenalis und des A. Persius, zusammengetragen, und mit critischen und moralischen Anmerkungen erläutert von Joh.

Georg Altmann. Basel. Bey Joh. Conrad von Mechels sel. Wittib. 1751. pl. 2. Libelus iste quidem nitide typis exscriptus est, sed in extremo libri major correctionis diligentia desideratur.

6. Proposuit quoque Vir Cl. J. FR. STAPFER, Institutionum Religionis Christianæ Partem IX. sub hac Epigraphe: Joh. Fried. Staphers / Prediger des göttlichen Worts, Grundlegung zur wahren Religion. Neunter Theil. Zürich. 1751. 8. pl. 43. Hac parte explicantur gravissima Religionis capita de Justificatione, de Sanctificatione & de certa ad Salutem Conservatione.

BASILEA. In hac Academia plures ex aliquo tempore propositæ sunt Disputationes, quarum brevem hic exhibebimus Catalogum: Et quidem

a.) ex facultate Medica pro summis Honoribus consequendis

1. Dissertatio inaug. Medica de Usu Venæ-Sectionis in parturientibus. Auctore JO. THEOPHILO a PAULITZ, Mariæburgensi Borusso. ad d. 29. Maji. 1750. 4. pl. 2.

2. Dissertatio Medica inaug. de Modo agendi Salium in Corpus humanum. Auctore FRANC. SIMON STRACK, Durkhemio Leiningensi. ad d. 2. Junii. 1750. 4. pl. 3.

3. Dissertatio inaug. Med. de Aneurismate vero pectoris externo Hemiplegiae Sobole. Auctore JO. JAC. WELTIN, Foro-Tiberiensi. 4. pl. 4. cum fig.

4. Dissert.

4. Dissert. inaug. Med. de Vestitu. Auctore  
CAR. THEOD. WEGELIN, Dieffenhof. Helve-  
tio. ad d. 21. Aug. 1750. 4. pl. 3.

5. Dissert. inaug. Medico-Chirurg. de Colostris  
pro summis in Medicina & Chirurgia Honoribus.  
Auctore JO. JAC. DOLDE, Polono-Frauenstadi-  
ensi. ad d. 26. Octobr. 1750. 4. pl. 3.

6. Dissert. inaug. Med. de Signis Graviditatis  
veræ & Cautelis exinde cognoscibilis. Auctore  
JO. CONR. SCHIMPER, Bipontino. 4. pl. 4.

7. Dissert. inaug. Med. de Vomitu gravidarum.  
Auctore JO. ROD. HESS, Basileensi. ad d. 10.  
Febr. 1751.

8. Dissert. Chirurgico Med. de Fœtu Hydropi-  
co. Auctore ABEL. SOCINO, Basileensi. ad  
d. 19. Febr. 1751. 4. pl. 3.

b.) Ex Facultate Juridica: pro summis Hono-  
ribus.

1. Dissert. inaug. Jurid. de Occupatione. Au-  
ctore ANDR. FÆSCHIO, Basil. ad d. 11. Dec.  
1750. 4. pl. 2.

c.) Pro vacante Cathedra Anatomico-Botanica  
superiore Februario & Martio mense Disputatio-  
nis ac Demonstrationis pericula ex ordine subie-  
runt VII. Candidati nobilissimi, quorum singuli  
pro more solito Miscellaneas Theses & Observatio-  
nes Anatomico Botanicas pro Dissertationis mate-  
ria proposuerunt: Erant autem sequentes: 1.) J.  
RUDOLPH STUPANUS, Phil. & M. D. 2.)  
JOAN. STEHELINUS, Phil. Med. & Chirurg. D.  
3.)

3.) J. ROD. STEHELINUS, *Med. Cand.* 4.) J. ROD. HESS, *Med. Cand.* 5.) - - RAMSPECK, *Med. D. & Pr.* 6.) - - THURNEISEN, *Med. Cand.* 7.) - - SOCINUS, *Med. Cand.*

d.) Apud Rod. Im. Hof prostat: *Thomæ Fulleri*, *Med. D. Pharmacopœia extemporanea*, oder die sichere, vollständige und auserlesene Apotheke, wosinnen mehr als 1000. Hülfs-Mittel zu finden, die bey allen dem Menschen zustossenden Krankheiten sicher und mit Nutzen gebraucht werden können. Zum allgemeinen Besten derer, so auf dem Land und entfernten Orten wohnen, auf Verlangen aus dem Lateinischen in das Deutsche überzeugt von Ph. E. Mahler, *Med. D.* Basel. 1750.  
8. pl. 35.

2. Idem superiore anno hebdomodatim exposuit Libellum moralem sub hac epigraphe: *Der neue Endgenosse, eine moralische Wochenschrift, herausgegeben im Jahr 1750.* Basel. 8. pl. 26. Si quis superiores illos Libellos, qui idem sibi characteristicum nomen assumserunt, cum isthoc comparaverit, næ ille etiam hic quam maxime valere cognoscet atque fatebitur, quod vulgo dici solet: *Duo cum faciunt idem, non est idem.* Elegantissimus hujus Libelli Auctor in Præfatione docuit, quam recte gravissimi muneris quod suscepit partes atque officia habeat perspecta; eaque per totum hunc annum cursum religiose præsttit. Argumenta in quibus explicandis versabatur, sunt hujusmodi: 1.) Von Wünschen überhaupt; und besonders von den Neujahrs-Wünschen. 2.) Von allerley Arten lächerlicher Nachahmungen. 3. & 4.) Moralische Betrachtung des Unendlich-Großen

Grossen und des Unendlich-Kleinen, oder des Welt Gebäudes. 5. 6. 7.) Abschilderung eines wahren Philosophen verglichen mit dem Philosophischen Eulenspiegel Diogenes. 8. 9. 10.) Be- trachtung über den Ehrgeiz und die Ehrbegierde. 11. 12.) Die Kunst zu trinken und zu wollüstlen. 13.) Von der Fest- und mechanischen Frömmig- keit: Abbildung eines wahren Frommen. 14.) Von den schlechten Argumenten die Existenz Gottes zu beweisen, und ihrer Schädlichkeit. 15.) Das man einen jeden dazu erziehen soll, wozu er von Natur fähig ist. 16.) Eine moralische Ge- schichte; und von der Kunst moralisch zu tadeln. 17. - 20.) Von der lasterhaften Zadel-Sucht. Vom Despotismus. Vom Geist des Widerspruchs. Vom Egoismus. Regeln vernünftig zu disputie- ren. 21. - 25.) Ursachen von schlechter Kinder- Zucht. Vom Straff Umte bey derselben. Von denen übrigen Erziehungs-Regeln. 26.) Vom moral. Nichts, falschen Wiz, und tollen Lustig- machen. 27.) Von der Polygamie. 28. 29.) Ode über die Güte Gottes, samt Anmerkungen. 30. 31.) Regeln wie die Gesellschaften angenehm und moral. einzurichten. 32. 33.) Von den Be- theurungen und gedankenleeren Manieres de parler. Catalogus der best gestützen Verschwehrungs-For- meln. 34. 35.) Anmerkungen über das wichtige Geschäft des Heyrathens. Ob den Kindern er- laubt sey solches ohne Einwilligung der Eltern vor- zunehmen? 36. 37.) Sammlung kurz gefasster moralischer Einfälle. 38.) Ein Staats- und Ge- wissens Fall: Samt einer Untersuchung: Ob um eines allgemeinen und sehr grossen Nutzens willen einem Particular Unrecht geschehen dürfe? 39.) Von-

Von der Moralität eines in der Absicht vollbrachten Kinder-Mords, das Kind vor besorglichem Unglück und Elend zu erretten. 40.) Klage über schlechte Erziehung der Töchter. 41.) Moralisches Gespräch über einen Ehebruch, um von einer Fäntippe befreyet zu werden. 42. + 44.) Von dem moralischen Gebrauch der Träume; und von allerley Zurechnungs-Regeln. 45. + 49.) Eine ganze Kleider-Moral. 50. + 52.) Von den vornehmsten Eigenschaften und Pflichten der Prediger.

F I N I S.





## Errores & Correctiones.

Part. XVII. p. 174. l. 6. pro *Ansoltingensis* lego  
Diesbacensis.

Part. XX. p. 659. l. 16. Bey Seidegger. Lege  
Bey Burklin.

Part. XXI. p. 156. lege JAC. CHRISTOPH.  
RAMSPECK: Item J. JAC. THURNEISEN.  
Nec non ABEL SOCINUS.

Part. XXIII. p. 397. l. 20. lege *Civitatis*. Loco  
*Reip. Lausannensis*: Cujus erroris culpa & invi-  
dia omnis, nisi facilem haberet veniam, transferen-  
da esset in J. B. qui Romanum vocis *Reip.* usum  
secutus, nihil se in eo peccare arbitratus est.  
Ib. p. 478. l. ult. lege GABR. CRAMERI.

